

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

De S. Romano Episcopo Autissiodori In Gallia. Sylloge.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

DE S. ROMANO EPISCOPO

AUTISSIODORI IN GALLIA.

A DE S. ROMANO EPISCOPO AUTISSIODORI IN GALLIA. SYLLOGE

J. B.

SUB ANNUM
DLXIV.
S. Romani,
decimi sexti,

Sancus Romanus inter Autissiodorenses episcopos ordine aliud decimus sextus, alius decimus septimus est : qui illum sedi illius episcoporum numerant de cimum septimum, SS. Valerium et Valerianum episcopos distinguunt, priori tertium, posteriori quartum in Autissiodorensi cathedralia locum assignantes : contra confundunt alii, quibuscum facit Petrus Bosschius noster. tom. VII Iulii pag. 208 in *Annotationis in Vitam S. Germani, episcopi Autissiodorensis, per Constantium presbyterum, auctorem gravissimum*

B stantium presbyterum, auctore gravissimum
seculo in scriptum. Sane, ut citatus Bosschius ob-
servat, in Corcodem martyris visione SS. Amato-
tor, Marcellianus, Elladius et Valerianus S. Pe-
rigrino, primo Autissiodorensium prausili (licet
non eo, quo nominantur, ordine) gradatim suc-
cessisse dicuntur; nec illa, Vateri, a Valeriano
distincti, sit mentio; ut hinc probabile sit admo-
dum, tertium Autissiodorensium episcopum, modo
Valerium, modo Valerianum, ut non raro fit
dictum, occasionem ansamque posterioribus sx-
culis prebuisse incalit, ut ex uno geminum
episcopum fingerent. Addit, ecclesie cathedralis
Autissiodorensis successor, D. Lebeuf tom. I Mo-
numentorum ecclesie Autissiodorensis pag. 14 e
15, anno 1743 Parisis typis edito, plura quidem
Kalandaria, jam inde a quingentis secentis
annis scripta, Valerium et Valerianum episcopos
ad 6 Maii consignasse; sed eorum auctores ab
Historia Autissiodorensis compilatoribus, qui eis
in alia multa graviora incidere peccata, fuisse
seductos: non reperisse se geminos ad illum diem
episcopos in Kalandaris seculo ix antiquioribus a
imo unum Valerium nominari in Martyrologio
Hieronymiano Corbeiensi Lacheri, unum Vale-
rianum in Epternacensi et aliis plerisque. Si
ergo S. Romanus in serie episcoporum Autissio-
dorensium ordine decimus sextus ex auctorum
modo nominatorum probabilitate sententia.

*imirum ab
anno 361 vel
q.*

2 Decessorem in episcopatu habuit S. Eleutherium, qui concilii Aurelianensibus 2, 3, 4 et 5, annis 533, 538, 544 et 549 subscriptus, ut ex Cointio Sollerius scribit tom. III Augusti a diem 16 ejusdem mensis pag. 300. Eleutherius Autissiodorensi episcopatu' admotum idem scriptores aiunt anno 532, a quo si numerentur anni 26, mensis 8 et dies 9, quibus episcopales infusas gessisse legitur in Historia episcoporum Autissiodorensium apud Labbeum tom. I Bibliotheca MSS. pag. 419, anno 561 S. Eleutherius e vice abierit. Huic quoque anno S. Eleutherius obitum illigari D. Lebeuf; sed initium episcopatus illius anno 533 affixit, neglectis, ut appareat, mensibus 8 et diebus 9, quo annis 28 in episcopatu exactis adiecisset. S. Eleutherius dicitur in Historia modice citata. Mortuo Eleutherio 16 Kal. Septembbris, inquit eadem Historia, fuit civitas sine episcopo anno uno, mensibus 2, diebus 40; quo pacto S. Romanus anno 562 sub finem mensis Octobris

NO EPISCOPO
RI IN GALLIA.
LOGE.

Autissiodorensis episcopus fieri debuit : at Cointius, anno 541 undecimo Kal. Octobres id contingisse, contendit, et ab episcoporum Autissiodorensium Historia, non admodum, ut supra dictum est, accurata recedit, nulla tamen, cur ita faciat, adducta ratione. Adierit igitur verosimilius S. Romanus Autissiodorensem cathedralm anno 561 vel 562 : nihil enim certi in alterutram partem occurrit. Verum, inquires, qui hoc S. Erici monachi dictis convenient, qui tempore Caroli Calei imperatoris fuit, et in libris de Miraculis S. Germani Autissiodorensi apud Labbeum supra citatum pag. 566, posteaquam mortis S. Desiderii, Autissiodorensis episcopi, seculo vii defuncti, mentionem fecit, haec de S. Romano scribit : Romanus cathedral substitutus, de quo fertur, quod, cum vir esset sanctissimus, decisione capitis martyrium consummarit pridie Nomarum Octobrium, expleto functionis sue tempore annis iii, diebus xv?

3 Respondeo, S. Ericum sanctorum aliquot episcoporum Autissiodorensium, quorum corpora in S. Germani ecclesia fuere deposita, mentionem facere, non eo ordine, quo episcopatum gessere, sed quo iusta S. Germani corpus eorum exuviae fuere depositae, quod recte, ne cui S. Erici naratio imponeatur, Autissiodorensis succendorum supra laudatos observavit. Porro ex citatis Erici verbis discimus non modo durationem episcopatus illius et diem emortualem, sed etiam diem, quo episcopus consecratus est : si enim a sexto Octobris die dies quindecim retrocedendo numeres, ad diem consecrationis illius, videlicet diem 22 Septembris, pertinges : unde ulterius efficitur, mendum cubare in verbis compilatorum Historia episcoporum Autissiodorensium, num. superiore relatis, secundum que S. Romanum sub finem Octobris episcopalem sedem occupare capisse, necesse est : tum etiam in verbis Cointii, cum ad annum 561, num. 2 scriptis : Successit (Eleutherio) Romanus undecimo (imo decimo ex dictis) Kalendas Octobres. Contra vero recte ea de re scrispsisse Georgium Viole, seu quisquis est auctor Ms. nostri de Autissiodorensibus episcopis, cuius verba Latine reddo. Episcopatum adiit die xxii Septembris, festo gloriosi martyris Mauritii, antiqui patroni et titularis ecclesie S. Germani, in qua, ut eligerentur et consecrarentur Autissiodorenses episcopi, mos erat. Nescio, qua de causa D. Lebeuf ab Erico dissentiat, cum S. Romanum annis tribus et mensibus aliquot sedisse scribit; cum illum Erics preter annos tres, dies tantum 15, Historia vero episcoporum Autissiodorensium dies tantum 4 sedisse, affirmat.

4 At, si diem, quo episcopus S. Romanus consecratus est, Georgius Viole recte assignabit, in anno, tum quo episcopatum suscepit S. Romanus, tum quo e vivis hic migravit, hallucinatus est: ex die enim primum contigit verosimilium anno 561 vel certe 562; alterum vero, spectata episcopatus S. Romani duratione annorum 3 et usque ad annum 564 vel seq., Autissiodorensis episcopi,

A dierum 45, anno 564 vel sequenti : in Ms. vero mox proxime laudato verbis paulo ante Latine redditis in margine adjicitur annus 553, ac paulo post obiisse legitur sub annum 555. Ita nimurum Ms. auctor loqui congruenter debebat, qui Eleutherio, cuius episcopatus ad annos 28 duravit, annos 9 sua auctoritate detraherat. Emendatione pariter indiget episcoporum Autissiodorensium Historia, quae vitiatis etiam S. Romani episcopatum characteribus chronicis insignivit. Sic habet : Fuit autem temporibus supradicti Joannis Papæ (hujus nominis III) usque ad Benedictum, imperante Justino Minore. At cum ex dictis S. Romanus ultra annum 565 vitam non protraxerit; Justinianus vero, Justini Junioris successor, anno 566 in vivis esse desierit; Justinus imperium vidisse non potuit, nedum Benedicti I pontificatus, ad quem anno dumtaxat 573 eventus fuit, in Joannis III locum subrogatus. Adhuc S. Romano S. Etherius, huic vero S. Autarii substitutus fuit jam inde ab anno 571, ut ex probabiliori calculo dictum est tom. VII Septembrii in Commentario prævio ad Acta S. Autarii pag. 90. Atque ita quidem annum et diem

B tum additi episcopatus, tum obitus S. Romani sat propo constitutum habemus. Verum de illius naturalibus, virtutibus, rebusque gestis documentorum et antiquorum scriptorum penuria tacerem cogimur : reliquum igitur est, ut ad Mrl., et ad ea, quæ ad cultum ejus pertinent, sermonem convertemus.

apud martyrologos aliquot mentio;

5 Utul obscuræ sint, prout jam dixi, res a S. Romano gestæ, illius tamen sanctitatem luculent probant antiquissima, quibus inscriptis legitur. Martyrologia. Edidit anno hujus seculi xvii Edmundus Martene tom. III Anecdotorum a col. 1547 Martyrologium ex Ms. monasterii S. Germani Autissiodorensis, ab annis, ut ait, circiter mille sub nomine S. Hieronymi compactum, quod ad diem 6 Octobris ita habet : Autissiodori Romani episcopi. Codex Hieronymianus Epternacensis ad eundem diem his verbis utitur : In Galliæ civitate Autissiodoro Romani episcopi : et Corbeiensis : In civitate Autissiodoro depositio S. Romani episcopi. Corbeiensi vero Lucensis consonat; at in utroque (Corbeiensi apud Dacherium tom. IV Spicilegii, et Lucensi apud Florentinum) ad calcem laterculorum velut adjectius, diverso charactere signatur. Rabani verba sunt : In civitate Autissiodoro depositio Romani episcopi. Apud Adonem et Usuardum nulla S. Romani mentio, nisi in Auctariis. His omnibus paulo fusiis S. Romanum Martyrologium antiquum ecclesia Autissiodorensis, editum a Martene tom. VI Scriptorum veterum, in hunc modum annuntiat : Autissiodero depositio S. Bonanni episcopi, qui, cum rexisset ecclesiam sibi commissam annos iii, dies xv, tandem, ut fertur, martyrio vitam finivit. Recentiores martyrologos tacitus prætero : accipe unius Martyrologii Romani verba : Autissiodori S. Romani episcopi et martyris : in quæ annotat hæc Baronius : Agunt de eodem hac die Beda, Ado et alii. Adscribitur decimus septimus ejus sedis episcopus, vixitque temporibus Joannis Papæ III usque ad Benedictum, ut docent Tabulae episcoporum Autissiodorensium, quas descripti Demochares, de quibus tum hic, tum num. 4 et 4 dicta consuluntur.

e quibus martyre fuerit;

6 Martyrologium Romanum mox citatum S. Romanum martyrem facit; quæ de illius martyrio

opinio jam inde a saeculo ix, ut ex verbis Erici, qui saeculo ix scriptis, num. 2 productis, patet, apud Autissiodorenses viquisse videtur; sic tamen ut rem pro certa et indubitate non haberint, ut abunde innuunt particulæ, ut fertur, ab Erico adjectæ; quas etiam Breviarium Autissiodorensi, anno 1736 Parisis edito, insertas lego; ubi ad diem 6 Octobris Lecture 2 de S. Romano hac habentur : Romanus, Eleutherii successor, Autissiodorensis ecclesiam rexit annis circiter tribus. Bonis operibus et sanctitate clarus, amputato capite, martyrum consummata fertur sexta die Octobris circa annum quingentesimum sexagesimum quartum. Sepultus est juxta praedecessores suos in basilica S. Germani. Quod si martyrium vere S. Romanus subierit, eo inclinasse Breviarii hujus concinnatores videntur, ut inexpectato homicidio, privatoque crimen sublatus et medio fuerit: quæ de causa, ut apparet, S. Romano S. Tetricum, alterum Autissiodorensis episcopum, impii clerici ferro (ut legitur Lecture 3 ejusdem diei) confossum, licet die 48 Martii ante cultum, coniunxerunt. D. Viole S. Romani necem Burgundis Ariani, aut Simoniacis, quorum ingentem tunc ait fuisse numerum, aut Evangelice puritatis hostibus adscribit; verum hæc non sunt, nisi conjecture.

AUCTORE
J. B.

1. Invenimus A
2. quæ militare
3. pueri ante
4. in das vix
5. illi enim

E

7 Sollerius in Usuardo hoc die geminam ad

an confessor,

non liquet:

C

Centulensi, alteram ex editione Usuardi Lubec-Coloniensi; tertiam vero ex Greveno referit, quæ omnes S. Romanum Confessoribus diserte adscribunt: sic habent duæ priores: Antissiodoro sancti Romani episcopi et confessoris. Tertia vero: Antissiodoro, depositio sancti Romani episcopi et confessoris. Quartam denique e Remensi: Autissiodori S. Romani episcopi et confessoris: cum igitur alia Martyrologia confessorem, alia martyrem, sed dubitanter, alia denique nec confessorem, nec martyrem, ut ex dictis liquet, nominent, dubium plane manet, licet in aliquibus martyr, non adjecto etiam ullius dubitationis indicio, dicatur, utris S. Romanus sit adscribendus; quamquam Autissiodorensium de illius martyrio, quæ jam inde a saeculo ix fuit, non contemnenda videatur opinio. Neque huic tantopere adversari video Martyrologiorum de S. Romani martyrio silentium, quam velle videatur D. Lebeuf, in hanc rem ita scribens: Sed ad oppugnam hanc (de S. Romani martyrio) opinionem non parum facit de martyrii qualitate silentium. Etsi enim antiquiora Martyrologia, num 5 laudata, martyrem fuisse non dicant, non tamen etiam negant, nec Confessorem appellant: silentii vero causa esse potuit, quod utrum confessor, an martyr fuerit, eo, quo scripta fuerunt, tempore haud satis liqueret, sicut nec Erico saeculo ix id constituit: imo martyres plurimos in illis. Martyrologiis videre est, qui, quamquam vere tales fuerint, nulla tamen seu confessoris, seu martyris qualitate insignituntur.

F

8 Post obitum suum, seu naturalem seu violen-

tum, sepultrorum nactus est S. Romanus in S. Ger-

mani basilica; in eaque corpus ejus jacuisse vide-

tur usque ad annum circiter 866, quo in cryptas

ejusdem basilicæ una cum aliis aliquot San-

ctorum exviis translatum fuit: facta transla-

tionis tempus e. S. Erico colligitur; qui, cum

lib. 2 Miraculorum S. Germani cap. 14 apud

Labbeum, Herchenraum Catalaunensem episco-

rum anno Incarnationis Dominicæ 865 a S. Ger-

mani

moni

9. 6501 omnia
10. omnia
11. omnia
12. omnia

AUCTORE
J. B.

mani monachis reliquias S. Urbani Papæ et martyris dono accepisse narravit, mox capite 45, de qua agimus, translationem sequentibus verbis describit: Postquam longè superius comprehensum opus (cryptas basilice S. Germani intelligit, quas cap. 7 libri ejusdem 2, anno 859 ad umbilicum perductas fuisse, scriptural) visum est et Ecclesiastice decori congruum et Sanctorum componentis pignoribus condignum, exercitata sapientum sententia, optimum facta visum est, ut supra memorata martyrum reliquiae, necnon et corpora beatorum Pontificum Altissiodorensium olim in ipsa ecclesia tumulata transferrentur in cryptas, et circa corpus beatissimi Germani precipua officii diligentia conderentur, divina mente, probo consilio, ut quos eadem celi regia continet, ejusdem quoque in terris habitaculi capacitas sociaret.

S. Germani
basilice cry-
ptas transfor-
matur sub an-
num 859,

9 Factum ita est, et dextro quidem latere, id est, a plaga Australi ossa beati Urbani Papæ cum capite Innocentii martyris eodem loculo composta sunt. Hinc corpus venerabilis Alaudii, successoris quondam ejus, ac trium deinde sanctorum pontificum Ursi, Romani et Theodosii. A parte pedum, id est, plaga Orientali secus aram pretiosi confessoris et præsulsi Australi membra sacratissima requiescent: sinistrum, id est, Septentrionale latus, gloriis martyris Tiburtii pignora occuparunt, subjunctis quinque pontificum corporibus venerandis, hoc est, sancti Fraterni episcopi et martyris, Censurii, Gregorii, Desiderii ac Lupi, et extra hos sancti Moderati pueri, quondam martyrio coronati. *Tum Autissiodorenum præsulum elegia brevibus refert hoc ordine: Alaudii, Fraterni et Censurii, Aunarii, Desiderii, Romani (cujus elogium vide num. 2) Ursi, Theodosii, Gregorii. Sederunt autem hoc ordine: Fraternus, Alaudius, Censurius, Ursus, Theodosius, Gregorius, ... Romanus, ... Aunarius, ... Desiderius; ut merito ex D. Lebeus observatum sit supra, S. Ericum hic ordinem, quo singuli ab illo memorati præsules Autissiodorenum cathedralm occuparunt, non servasse. Quix vero Autissiodorenes seu eorum præsulm Christianum, ut supra dictorum Sanctorum reliquias in cryptas basilice S. Germani deferri voluerint, cause pernoverit, Ericus sicut: al, spectata temporum illorum conditione, verosimillimum est, id Normannorum continuo iuna Galliam incursionibus infestantum metu contigisse.*

inspiciturque
anno 1636 a
Seguero epi-
scopo, cuius

10 Cetera, que ad S. Romanum pertinent, suppeditabit Ms. nostrum Autissiodorensis: refert id pag. 51 S. Romani tumulum anno 1463 a Seguero, Autissiodoreni episcopo, fuisse inspectum, inventumque S. Romani corpus in cineres maximum partem redactum. Sancti effigies parieti appicata, et hac inscriptione Sanctus Romanus notata erat; visebatur in ea pictura martyrii ipsius instrumentum, gladius videlicet, quo occisus creditur: verum non admodum magna antiquitas ea fuisse videtur. Nunc autem nulla ejus tumulo cernitur pictura apposita; legitur autem nomen ipsius; dies ipsi sacer, 6 Octobris, quo in tota diaœsi Autissiodorensi et in S. Germani abbatis colitur; denique et epitaphium Latine conceptum, sed valde recens. Ita fere Ms. Autissiodorensis pag. citata. Seguero Autissiodorensis anno 1636 episcopi, sed ad Meldensem dein cathedralm promoti, ea de re testimonium; datum Meldis anno 1642 die 29 Aprilis legitur parte altera

ejusdem Ms. a pag. 265, e quo nonnulla his addenda discimus. Visitationis institutæ rationem pag. 267, et seq. in litteris suis hanc Segueros tradit: Verum quia, anno MDLXX (lege MDLXVII) urbe Antissiodoro ab hereticis fraude intercepta et occupata, prædictum S. Germani monasterium suis omnibus ornamentis, opibus, Sanctorum reliquiis, quæ in thecis aureis et argenteis elegantissime elaboratis asservabantur omni etiam ligno et tegula, solis intactis parietibus, spoliatum fuisset, non mediocris erat dubitandi locus, utrum sacrae Sanctorum prænominatorum reliquie, nosquam, ut pie factum est, in capsas collocate, sacrilegas ipsorum Calvinistarum manus effugissent, ita ut jam antiqua piaque fidelium fides non tantum vacillare, sed etiam e quorundam cordibus aboleri ceperisset, quo circa ipsi præfatis Prior et monachi (S. Germani) qui rem maximæ esse momenti perpendebant, nobis humiliter et obñe supplicant, quatenus ad eorumdem Sanctorum sepulchra visitanda, ipsum adire cenobium dignaremerit. Quorum votis benigne annuentes anno Domini mcccxxxiv die 11 Novembris una cum multis tam et elero, quam ex præcipuis ad idem monasterium nos contulimus etc.

*ea de re testi-
monium exhibe-
tur.*

41 Dein pag. 271 quid circa corpus S. Romani observatum fuerit, rursus Seguieri verbis accipe: Anno vero, inquit, MDXXXVI Septembri septima die, supplicantibus isdem Priore et monachis, rursus multis et clero et populo comitantibus, ad eamdem sancti Germani ecclesiam accessimus, præmissaque humili oratione, inspectis cryptarum parietibus, circumquaque litteris et pictura imbutis; effossa humo, varvis in locis reperimus sarcophagos lapideos, quibus reseratis, visa sunt corpora, quæ inscriptionibus propriis notata quodammodo respondebant. Et primo in capella S. Germani, in qua ejus habetur tumulus, præter illud, quod S. Theodosii esse perhibetur, inventamus duo alia sepulchra; unum juxta præfatum S. Theodosii tumulum, quod sancti Romani, quondam Autissiodorensis episcopi et M., esse voluerunt, cuius corpus in cineres ferme redactum multo pulvere, qui forte per sarcophagi rimulas irreparat, miscetur; juxta illud sepulchrum ejusdem Sancti imaginis hoc titulo: S. ROMANI: duplice inscriptio (sed non admodum veteri, ut dictum F supra est) insignitum conspicimus. Sequitur S. Romani epitaphium, sed Gallize conceptum: Hic jacet corpus domini S. Romani, episcopi et martyris, qui huic civitati præfuit anni in diebus xv; martyrio coronatus vi Octobris, imperante Justino Juniore, imo Justiniano, si vere martyr occubuerit. Sancti cineribus pulverem, fracto sepulcri lapide, admixtum fuisse volunt vel cum anno 1277 Joannes de Joceval, S. Germani abbas, collapsam S. Germani basilicam reparavit, vel anno 1567, quo in eamdem Calvinistæ debaccharati fuerunt.

42 Nec denique abs re fuerit ex isdem Seguieri litteris observare, S. Germanum una cum aliis Sanctis, in S. Germani basilica sepultis, loci monachos peculiari Officio festoque olim prosecutos fuisse die 8 Novembris; qua de re sic loquitur Seguieri in Ms. nostro Autissiodorensi pag. 283 et seq.: His ita peractis, Priorem et monachos rogavimus, utrum sive ex chartis, sive ex libris sui monasterii, sive ex quibusdam aliis codicibus alibi repertis, alia proferre possent

*Præter festum
proprium,
alitum habuit
cum aliis com-
mune apud
S. Germani
monachos.*

A sent testimonia, quibus de sepulchris et reliquiis, in ipsam ecclesia reconditis, nos plenius informare et instruere possent; qui quidem in primis protulerunt Breviarium parvum, sed antiquissimum, ejusdem cenobii, in quo pro die octava Novembris tales assignabantur Lectiones, Matutini horis in choro recitandas. *His subiungit Lectio ipsas, quae sunt octo: Lectio secunda de festi hujus institutione ita habet: Unde pene quia totus orbis praeclaram solemnitatem Omnia Sanctorum, uti a venerandis Patribus decretum est (circa annum 835) atque sancitum, in Calendis Novembris excolet, idcirco concio cenobii beati Germani Antissiodorensis operam dare instituit, id authorizante episcopali decreto*

cum consensu universalis cleri et populi, in ejusdem Octavias denominatae solemnitatis sublimiter fieri ab eodem humano ejusdem episcopii festivum diem omnium sanctorum Martyrum, Confessorum ac Virginum, qui intra confinia hujus tumulata consistunt, et praecipue eorum, qui infra ambitum monasterii sancti Mauritii et sancti Germani corpora pausant presentia. *Reliquias non transcribo, quod de S. Romano nihil singulari contineant. Plura de S. Romano non habeo dicere; nisi illum in Litanis, ad calcem Breviarii Autissiodorensis anni 1736 positis, inter sanctos Martires et Episcopos Autissiodorenses invocari hoc ordine: Sancte Peregrine, sancte Fraterne, sancte Romane, sancte Vigili etc.*

AUCTORE
J. B.

DE S. BARTIO SEU BARSIO EPISCOPO CONFESSORE

B

E

VASIONE IN COMITATO VINDAUSCensi.

J. B.

CIRCA AN.
DLXXX.

Unus hodie Castellanus S. Bartium seu Barsium, Vasionensem episcopum, in Martyrologio Universalis his verbis annuntiat: Vasione, S. Bartii episcopus, successor S. Quinidii. Est autem Vasio (Gallice Vaizon) episcopalis in comitatu Vindausensi (le Venaissin) civitas, Avenionensi subjecta metropoli. De rebus gestis episcoporum Vasionensium ex instituto scriptis Joannes Columbi; qui tamen lib. 1, num. 54, haec tantum de S. Bartio litteris mandavit: Sancto Quinidio traditur successisse B. Barthus sive Bartius, ut Vasio gloriari, et quidem meritissimo, possit, sibique gratulari, que tres deinceps episcopos felicissimo hoc saeculo (vi) haberent omni virtutum genere illustres, calestibusque donatos honoribus. Sed, ut Theodosii, ita etiam Barthi res oblitione seputula sunt universae, et sola clarissimorum virorum nomina ad nos pervenerunt. Hoc tamen possum asserere, si Barthus post Quinidium seddit, ut a Majoribus accepimus sedisse, non multos egisse annos episcopum; annis nimurum certo non pluribus, quam octo: cum Quinidius, ejus decessor, concilio Parisiensi, v

anni 572 vel seq.; Artemius vero, ejusdem successor, Malisconensi anni 584 subscripti legantur; ut tom. II Februarii ad diem 15 dictum est, ubi de S. Quinidio. Quod si hic, ut nonnulli scribunt, sub annum 578 ad Calices migrarit, anni tantum circiter tres S. Bartii episcopatus relinquuntur. Atque hinc fortasse, uti et e variis, quibus ea civitas atrita fuit, cladibus effectum est, ut modo in tanta rerum ab illo gestarum nescientia vel ipsi Vasionenses versentur. Quod vero ad cultum ejus spectat, neque de illo quidquam peculiare habeo, quod Castellani et Columbi dictis adjiciam, nisi ejus festum Officio proprio apud Vasionenses colitur Galliae Christianae auctae scriptoribus, qui tom. I, col. 923 ita de illo scribunt post Sammarthanos fratres: Ut morem geramus traditioni et Breviario proprio ecclesiae Vasionensis, hunc Sanctum beato Quinidio successorem damus. Brevi autem sed sit tempore, ut sequentia docebunt. S. Bartium præterunt in Episcopis Gallie Joannes Chenu, et Claudius Robertus, qui præterea Artemium, SS. Quinidii et Bartii successorem, male præponit S. Quinidio: monet tamen Joannes Chenu in sua episcoporum Vasionensium serie plures post Quinidium desiderari.

C

F

DE